LIBER QUARTUS

De incomod' senij

Inuetula scalpitiam mater simia bucca;
Plurima sunt iuuenum discrimina pulchrior ille
Hocatque alio multum hic robustior illo;
Una senum facies; cum uoce trementia membra sunt
Etiam leue caput madidique infantia nasi
Frangendus misero gingiua panis inermi;
Usque adeo grauis uxori natisque sibique
Ut captori moueant fastidia cosso;
Non eadem uini atque cibi torpente palato
Gaudia nam coitus iam longa obliuio; uel si
Coneris iacet exiguus cum ramice neruus
Et quamuis tota palpetur nocte iacebit;
Anne aliquid sperare potest haec inguinis aegri
Canities quid quod merito suspecta libido est
Quae uenerem adfectat sine uiribus aspice partis
Nunc damnum alterius; nam quae cantante uoluptas
Sit licet ex imius citharedo siue seleucus
Et quibus auratamos est fulgere lacerna
Quid refert magnis sedeat qua parte theatri
Qui uix cornichines exaudiet atque tubarum
Concentus clamore opus est ut sentiat auris
Quem dicat uenis se puer quo tnuntiet horas;
Praeterea minimus gelido iam in corpore sanguis
Febre calet sola; circumsilit agmine facto
Morborum omne genus; quorum si nomina quaeras
Promptius expediam quo tamauerit oppia moechos
Quo tthemison egros autumno occiderit uno tutor
Quo tbasilus socios quo tcircum scribserit hirrus
Pupillos quo tlonga uiros exorbeat uno

Pulchrior ille. quidiscerni possunt inter se

Una senum. f. Idest dissimiles et multae figurae sunt in iuuenibus et est unicuique sua gratissima quod quidam pulcher est alter fortis alter eloquens senibus enim una esse uidetur forma.

Frangendus. m. g. p. Notandum masculino genere dixisse ut hic gingiua quia dentes ruerunt gingiua panis frangendus est.

Fastidia cosso. heredipetae

Torpente. p. Nullus illis apor inest.

Cum ramice. n. Penes ut uirgilius. ut quondam in stipulis magnus sine uiribus ignem ramicem dicit intestinum

Suspecta. l. ut infames dicunt qui adpetunt feminam cum coire non possint aliut deo suspicantur

Cantante. u. Idest quod paruitatem nec audit uocem nec delectatur quamquam ad spectaculum conueniat

Qui uix cornichines. Idest usque adeo non potest delectari cantilena et cithara quem strepitus cornicinum non commouent quem nisi puer admoneat nihil sponte sentit.

Praeterea. mi. g. Ut uirgilius gelidus tardante senecta sanguis hebet.

Morborum. Idest omne genus aegritudinis. ut terentius dicit rogas senectus ipsa morbus est

Oppia moechos. facilius dicam nomina uel numerum moechorum quos amauit eppia

dampnauerit

Exorbeat uno. hanc ostenditore fuisse inpurum.

Etiam. l. c. m. i. f. n. Ita nam senibus humor denasu ut infantibus pendet.

Gaudia. n. c. Ut uirgilius frigidus in uenerem senior.

Et q. u. t. palpetur. fricetur. praepudiet.

Que uenerem. ad. f. quis in nullo calore coitum desiderat

Quem dicat. u. p. quia per aetatem nec uidet.

Quod themisona. Archiater illius temporis cui detrahit.

Quod basilus. Ad uocatum illo tempore praeuaricatorem.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© BU de médecine, Bibliothèque interuniversitaire de Montpellier
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bumm_h125/0121